Liber incantationum, exorcismorum et fascinationum variarum - BSB Clm 849

[S.l.] 15. Jh.

variis varietate. Deinde dicere: Apolin, Maratiloth, Berith, ego talis vos exorcizo et coniuro ex parte dei omnipotentis qui vos vestra electione iussit infernali submergere profundo ut debeatis michi mittere quendam spiritum peritum dogmate omni sciencia, qui michi sit benivolus, fidelis et placidus ad docendum omnem scienciam quam voluero, veniens in forma magistri, ut nullam formidinem doleam perpeti. Fiat, fiat.

Item coniuro vos per patrem et filium et spiritum sanctum et hec sanctissima nomina quorum virtute ligamini, scilicet Sobel, Vriel, Zabaoth, Semoni, Adonay, Tetragramaton, Alburnay, Siloth, Moreth, Sadabin, Rodobel, Domiel, Parabiel, Alatiel, Noiem, Noiam, Usobel, quatenus vos tres reges maximi et michi socii michi parati unum de subditis vestris mittere laboretis qui sit magister omni sciencia preditus veniens in forma humana placabilis, aplaudens michi et diligens me cum amore ita et taliter quod in termino 30 dierum talem scienciam valeam adipisci, permittens preterea supernam sciencie dare sibi

licenciam recedendi & hoc etiam tociens di
ci debet. Hec vero dicta depone ensem
& involue in dicto panno & supra fasciculo
cuba super ipso & aliquantulum dormias
post sompnum vero surge & induas te
quia supra fasciculo homo se spoliat &
intrat cubiculum ponendo dictum fasci
culum sub capite. Est autem sciendum
quod dictis hiis coniurationibus sompnus
accidit virtute divina et in sompno
apparent tibi tres maximi reges cum
famulis innumeris militibus & peditibus
inter quos est etiam quidam magister
apparens cui ipsi tres reges iubent
ad ipsum venire paratum videbis ante
tres reges fulgentes mira pulchri
tudine qui tibi in dicto sompno viva
voce loquentur dicentes Ecce tibi da
mus quod multociens postulasti & dicent
illi magistro. Sit iste tuus discipulus
quem doceas te iubemus omnem scientiam
sive artem quam audire voluerit
Doce ipsum taliter & erudi ut in termino
.30. dierum in quacumque scientiam voluerit summum inter
alios habeat. Et videbis ipsum respon
dere domini mei libentissime faciam quod

wltis. Hiis dictis reges abient et magister solus remanebit qui tibi dicet surge ecce magister tuus hiis vero dictis excitabe- ris statim aperies oculos et videbis quidam magistrum optime indutum qui tibi dicet da michi ensem quem sub capite tenes. Tu vero dices ecce discipulus vester paratus facere quod vultis tamen debes habere pugillarem et scribere omnia que tibi dicet. Primo debes querere magister que nomina rerum ipse dicit et tu scribes. Secundo de quo ordinare et similiter scribe. Hiis scriptis debes sibi postulare ensem quo habito ipse recedit dicens expecta me donec veniam. Tu nichil dices. Magi- ster vero recedet et feret ensem. Post cuius recessum tu dissolues pannum ut appareat inferius et tum scribas in dicto cir- culo nomen eius scriptum pro te et scribi debu- it te cum predicto sanguine. Quo scripto inuol- ue dictum pannum et bene retonde. Hiis factis debes prandere solo pane et pura aqua et illa die non egredi cameram et cum prandis fuis accipe pannum et itures circulum versus apollin dic sic. O rex apollin magne potens et venerabilis

Ego famulus tuus inter credens et omnino
confidens quod tu es fortis et valens. Rogo per
incomprehensibilem magestatem tuam ut famu-
lus et subiectus tuus talis magister meus
daberet ad me verum equum qui et cetera fieri
potest per virtutem et potentiam tuam que
est magna et maxima in secula seculorum.
Amen. Et similiter dicte versus Sentaloch
mutando nomen. Et versus Zeuith si-
militer. Hiis dictis accipe de eo sanguine
et scribe in medio circuli nomen tuum
cum suis de eo corde ut hic apparet infra-
scriptis. Deinde scribe cum de eo corde in sin-
gulis partibus illa nomina ut hic apparent

Oriens

Belial

Satan

Apolin

Asmodoc

Nomen magistri de tali ordi-
ne. Nomen discipuli

Sossatrudon

Tarrdhes

Bercumina

Sertalot

Occidens

Lucifer

Belzebub

Si autem sanguis unius auis non sufficeret
potes interficere quot tibi placet quibus
omnibus factis sedebis per totam diem intuitu il
lo aspiciens ipsum nichil loquendo cum vo

sero fuit bluca dictam pennam spoliata te et
intincta in cubiculum ponendo ipsam sub ca
pite tuo et cum posueris dic sic plana
voce N Apolin. Astaroth. Berith.
Sathan. Beliath. Belzebuc. Lucifer.
Supplico vobis ut precipiatis magistro
meo nominando cuius nomen ut ipse debe
at venire cras ante solis ortum ad me
et docere me talem scienciam sine aliqua
fallacia per illum qui venturus est iudicare
viuos et mortuos et seculum per ignem
amen. Caue igitur et precaue ne signum
crucis facias quia tunc magnum periculum in sop
no scias quod videbis magistrum tota noc
te loqui tecum interrogans a te quam
scienciam velis addiscere et cum dices talem
ita quod ut dictum est tota nocte cum eo hoc
loqueris. Cum itaque excitatus fueris quasi
in ipsa nocte surge et accende cande
lam et accipe dictam pennam et devolue et
in eo sede . hz . in circulo ubi nomen tuum
scriptum est ad tuum comodum et voca nomen
magistri tui sic dicens N talis de tali ordi

me ꝫ in magistrum michi dedit quam meliores
reges tuos te deprecor ut veros in forma
benigna doctum me talem sciam quod sim
promptior omnibus mortalibus discens ipsam
cum magno gaudio sine aliquo labore
ꝫ omni tedio derelicto veni igitur ex tuo
parte meliorum qui regnat per infinita se
cula seculorum amen fiat fiat fiat
Quibus itaque dictis tunc aspicies versus oc
cidentem videbis magistrum venire cum
multis discipulis quem rogabis ut omnes
abire iubeat ꝫ statim recedunt quo
facto ipse magister dicet quam sciam audire
desideras tu dices talem ꝫ tunc mi
nus nominato omni quem quantum tibi dicat
tantum addiscens ꝫ memorie commendabis
et sic statim quam habere volueris addisces
in termino xxx dierum Et cum ipsum de ca
mera abire volueris plica pannum ꝫ re
tunde ꝫ statim recedet Et cum ipsum ve
nire volueris aperi pannum ꝫ subito inde
apparebit continuando lectiones post vero
terminum 30 dierum doctus optime in scien
cia fac tibi dare ensem tuum ꝫ dic ut vadat
ꝫ cum pace recedat Debes iterum
dicere cum possis ipsum in totalibus inde
sciam qui tibi dicat ad tui libitum asseque
ratum finis est capituli sancto ꝫ c

Ad hoc igitur ut scias sive aves possit ab a
liquo aufferri vide diligenter attende
Debes enim primo decrescente luna die
sabbati ire ad illum quem ad mentem venire vo
lueris et certum esse sit dicta plana voce
subministret Amael caracterem tuum et omne
sapientiam sensum et discretionem cogitationem
diluat et aboleat. Coniuro te Amael
per omnes principes et maiores et parva qua
facere voles ut in tali quod apetitio debe
at permanere donec magister libuit et primum
absustare et omne quod cognoscit amittit
alioquin mittam te in maris profundum
quo non egredieris in secula quibus dictis
recede et postolare donec sero fuit quo
facto vade ad hostium eius et incide de ligno
ipsius hostii tantum quod de ipso calamum facere
possis et ad domum vadeas et fac de ipso
calamum et de sanguine milvi legi in panno lini
cum ipso calamo scribe. Amael. ablator
sapientie scientie cognitionis et virtutis adsis in sen
sibus talis et primum facere debeas ad deme
tam qua coniuratione scripta sit in dicto
panno circulus cum dicto sanguine ut hic appa
ret ubi scribitur ut sequitur Nomen illius
quem procurare volueris in medio circuli consti
tuitur hoc nomine Amael quibus factis debes
dicere sic Coniuro vos dicta demone

Dreoth. pinen. ocel. trybov. Noryoth. Belferith. Camoy. Astaroth. Sobronoy. Sismael.

Ariael . N.

Dreoth. pinen. ocel. trybov. noryoth. belferith. Camoy. Astaroth. Sobronoy.

Circulus

malignos videlicet Dreoth. pinen. ocel.
trybov. Noryoth. Belferith. Camoy.
Astaroth. sobronoy. Sismael. per indivi-
duam trinitatem videlicet patrem et filium
spiritum sanctum ab utroque procedentem. Et per viventem
deum et timendum diem iudicii et per omnia que
fuerunt et sunt et erunt et sicut in hoc cir-
culo figurati estis circuitis talem ut ita
vere afficiatur et existant persona eius
circumstantiis et sensus eius taliter affligatis quod
ignorans demens stultus et mente captus

effitiat Et tu invitatel de cerebro eius numquam egrediatur memens ineo die nocturn deinde nec albos albire iubebo quibus sic dictis tacite iterum vadens in eadem nocte ad domum ipsius cum dicto panno et cum eodem cultello et cum ibi fuis volue humidos versus suum hostium et flectas te in terra in ipsa dicens more camali faciendo foveam subtus dicto deinde dicta in eius limine dic sic conburio te talem virtute demonorum scriptorum circa te qui semper ipsi demones circa te et omnis tua virtus sepulta sit Et cooperto dicto circulo cum terra vadens iterum ad domum et fac candelam in qua sint scripta omnia contenta in circulo et debes ipsam facere de cera primo empta nove et de stetica eius cum una alia simili empta qua facta accende ipsam et dic sic sicut hec candela a facta in destructione talis comburitur et consumatur ita omnis virtus et sua existens in ipso in demencia quietat per virtutem demonorum in hac candela scriptorum Et sicut vos demones hic scripti ardetis ita nullam requiem habere possitis donec hoc duxeritis ad affectum quibus verbis semel dictis dictam candelam extingue dicendo hec verba sicut hec candela extinguitur ita eius virtus in tali remanes vanitus consumetur Deinde vero ipsam accende dicendo sicut hec

candela etc. Item alio mane usque ad terminum
septem dierum computato primo die in nocte
vero 8o die videbis istum dementatum domino de
quo omnes mirabuntur convalescere aut qui non
credit se aliquid huius defectu et omnia aliqua
menta putat esse certa res. Hanc igitur
experientiam apud te tene quia magne vir
tutis est. Cum autem ipsum volueris in statum
priorem deducere optime fieri potest die Jovis
i. hora noctis vade ad suum hostium ubi se
pelisti pannum quem dum sepellitur de ponis pa
nus in quodam vase ut non putrescat sic
factis omnibus ipsum liberandi et ipsum pannum dese
pelliendo sic dicas O Quael. oreoth.
primen. ocel. tiray. Noiyoth. Melserioth.
Cenay. Astaroth. Colvonoy. Sismael.
Ego talis absolvo vos ut eatis ad vestrum
libitum et velim quatis talem in statu priori
quibus dudum fecistis domini istum pannum et accenso
igne ligni olive et pulvula et herba verbena
ponias dictum pannum sub dicto igne dicendo
sicut ignis iste consumit hunc pannum ita omnes
vires factiame quorum talem pannis consumet
Combusto igne ponas dictum pulverem in aquam
currenti et omnes vires destructa erit. Cog
noscat et se prius vim quam fuit primo omnia prius
factura priusquam credans se habuisse
egritudinem cuius occasione hoc accessisse
putabit etc.

[illegible] talis ... ... [illegible]
maxima diligentia ... et ... [illegible]
... et ... [illegible]

Cum volueris [illegible] amore aliquam
mulierem vis sive longinqua sive
propinqua tam nobili quam simplici [illegible]
dis ut nocte vis sive in augmento sive in
amicitie detrimento primo debes habe
re quandam columbam totam albam et cartam
factam de carne facta dum est in amore
de qua [illegible] levissimum et debes scire
quod predicta carta potentissima ad amore
[illegible] [illegible]dum. Debes etiam habere ca
lamum aquile et in loco occulto accipe
dictam columbam et cum dentibus morde ea
[illegible] cor ita ut cor egrediatur. et cum
calamo aquile in dicta carta cum dicto sangue
scribe nomen illius quam vis formans ymaginem
mulieris nude quam melius scis dicendo formo
talem. N. filiam talis quam habere desidero [illegible]
istorum sex [illegible] calidorum videlicet tubal. [illegible]
than. [illegible]. cupido. afalion. dulcatus.
quod ipsa me diligat super [illegible] istius
mundi qua facta scribe in fronte nomen eius et
hoc nomen tubal dicendo tu es talis fi
lia talis de tanto ad meam voluntatem disposi
ta et tu es tubal in fronte eius te iubeo
commanere ligando [illegible] capitis sui
ad me tamen cupientem postea adhuc
scribe in brachio [illegible] dextro [illegible]athem et in

sinistro Raucer Quibus scriptis sic dic Sicut
tu Scethan et tu Raucer estis scripti in hac y-
magine sub nomine tali ita continuo affliga-
tis brachia ista sua ut aliquam faciem negat
nisi me amplecti desideret Quo facto iterum
scribe penes cor ymaginis nomen tuum dicen-
do sicut in corde istius ymaginis sum ita
talis .N. die noctuque me in corde suo habeat
Quo facto scribe super vulvam ymaginis hoc no-
men cupido dicendo sic Sicut tu cupido
es super vulvam istius ymaginis ita semper
maneas super vulvam talis accendendo ip-
sam ut omnes viros istius mundi despiciat
et me tantummodo cupiat et ignis amoris
mei ipsam tangat et inflammat quo facto scri-
be in cruribus dextro Asalion. In sinistro
dulcatus quibus scriptis dic Sicut tu Asa-
lion et tu dulcatus estis scripti in hac yma-
gine ita sedeatis in cruribus talis affligen-
do crura eius propter amorem vehementem
mei quod non velit ire nec ire desiderat
aliquo nisi huc Quibus dictis accipit ipsam
ymaginem ambabus manibus et flexis geni-
bus dic sic adiuravi cor et mentem talis
per hanc ymaginem et pono in ipsam inca-
tatione forti quod ipsa me diligat cupiat
et affectet et etiam tota nocte in sompno
aspiciat per dominum nostrum iesum christum qui vivit

z regnat z ipat in eternu quib9 dictis
habeas mirram z saffiranu z fco igne
dictam ymaginem suffumiga dicendo hanc
coniurationem Coniuro vos omnes demo
nes in hac ymagine scriptos per dnos
vros quibus obedire tenemini scilicet obedam.
Badalam z leuith. quatenus talem cuius y
mago est hic noie figurata in amore meo
accendere debeatis ut die noctuque in
me cogitet in me speret donec cum effectu
meam compleuit voluntatem z sicut in hac
ymagine scripti z fixi estis ita in ipsa
recubatis donec dea eam faciat quicquid velim
Hac igitur coniuratione ter dicta z facta suffumiga
tione habeas caudam pilum cuiusdam equi z
suspende dictam cartam cum dicto pilo ita ut
moueatur ab aere z dimitte stare illa
vo die et sequenti et alia et cum potes
ad illam mulierem accedas z procul
dubio libentissime te videbit dicens
sine te stare non possum et hoc habeas
pro constanti z tuo suo faciet voluntatem
z super te omnia diliget maritum z si bene
consideraveris ymaginem cuius noie figura
tam in qua virtus talis existit ymo z
de hoc magis est admirandum hic est signum
antequam vidisses ipsam statim facta hac ymagine

cum ad eam accesseris erit de taliter filo
capta quod dum te viderit quod non recedas
ab ipsius coniunctione contra de omni quod
volueris contra habebis // Si vero ad eam non
possis accedere sine timore aut loci
distancia aut aliqua interveniante cau-
sa potes ipsam apparere facere per supra
dictos demones qui ita efficaces sunt
quod si esses in oriente in una hora ipsam
ab occasu portarent sine aliquo periculo
& similiter reportarent sine aliqua di-
vulgatione Et ut sit facta ymago ut
dictum est & suspensa illa die in aliqua hora
diei suffumiga in ipsa ita quod flatu tuo mo-
veatur Et similiter secunda die & tercia die
In nocte vero ipsius diei tercij ut eciam ipsa
die solus vel cum tribus sociis fidelibus accipe
dictam ymaginem & cum illo pilo liga ipsam
ad collum tuum & pendeat in pectore tibi
Et habeas quendam ensem & in terra fac cir-
culum cum dicto ense secundum circulo stans inter
vero socios si habeas qui nichil faciant ni-
si quod in circulo sedeant & ludum videant
quos si non habueris quod melius est habeas se-
cum familiarem & circa circulum scribe
ut hic apparet cum silentio semper quia non secundum

Quos sco giurra

dic hanc tione

Ratorv. Vampoy. deffem. Bruulo. dumongy. Galoqui. Barola. Gallid. Galsym. Mauthui. Ladoni

Totus magistri

Coniuro vos demones in hoc circu
lo sculptos quibus data est potestas et
potentia ducendi et alligandi mulieres
in amore virorum per virtutem et potentiam
maiestatis divine Et per thronos et
dominationes et potestates et principatus
illius qui dixit et facta sunt et per illos qui non
cessant clamare una voce dicentes
sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth pleni sunt
celi et terra gloria tua osanna in excelsis

Benedictus qui venit in nomine domini osanna in
excelsis Et per hec nomina paciencia et
tremencia vos scilicet Vittaro. Lampoy. De
stan. Brulo. Dronoth. Maloqui. Sat
tola. Gelbid. Asasfiy. Naritim. et Lo
doni. Et per anulum istum qui hic est et
per innumerabiles potestates vestras et ma
iorum vestrorum quod ubicumque sitis de locis vestris
sine mora surgatis et ad talem per
gatis et statim sine fallacia ipsam huc
ducatis et cum volueris ipsam reporta
bitis et de hoc nemo senciat ut perpendat
quia dicta talis. Versus anulum aspiciendo au
dias quandam vocem dicentem Ecce nos
sumus et statim eos videbis sex domicel
los pulcriores et mitis tibi eadem vo
ce dicentes Assumus hic parati tibi
parere benigne Dic igitur quod vos et sta
tim subito faciatis tu sicut dicas ea
tis ad talem et michi ipsam sine mora
ducatis Quibus dictis subito recedant
ante horam ipsam sine lesione porta
bunt Et scias quod nullus ipsorum potest
ingredi circulum sed ipsam apportat
apud ipsum et ipsa porriget tibi ma
num et intus ipsam trahis quamquam aliquantulum
est attonita tamen vult libentissime

tatu scire Potes autem tu quod quanto maiorem
circulum facis melius est tibi quia in eo potes
facere circulum et in ipso melius extendere
si enim aliquid tui esset ultra signum circu
li malum esset tibi verum itaque mulie
re omnis sit euanat potes enim retinere
hanc mulierem in dicto circulo quantum ti
bi placet quod cum mulier ingreditur cir
culum dicere debes illis spiritibus unus
vestrum vadat ad locum aliquem talem apor
tavi istis et in forma ibidem maneat.
donec ipsam hic habuero. His dictis omnes
abient cum silentio cum aut illa die ac noc
te ac mense ac anno quando tibi placuit.
quod ipsam ad domum volueris revertere
dic sic O vos spiritus qui talem huc duxistis
accipite ipsam et ad domum suam portate
et quotiens ipsam revoluero ipsam sitis
in reportando subiecti. Verte igitur per
miras valentias quas in effabiliter exer
cimini quibus tamen dictis veniat quinque
spiritus qui eam te videnta portabunt. Ce
rto enim quando ipsa egreditur circulum indi
cando vale tangas ipsam cum ymagine
quam habes ad collum quod meretricum phacta
diliget et nemine preter te videre curva
bit ymaginem semper tenens quod tu mulierem

mortuis ad collum retinere debes quod semper
ipsi mulieri invisibilis apparebit et cum ipsa
fabricavit dissolve ipsum a collo tuo et in quoddam
vasculum diligenter reconde et ipsa recor-
data dilue totum corculum et secure agere
dicaris etc. Quoniam item ad te venire volueris
fac ut desuper dictum est etc. Nota quod experi-
mentum est efficacissimum et in eo nullum
periculum est quo solo experimento Salomon
habebat quascumque mulieres volebat etc.
hoc dicta sufficiant de habendis mulieribus
et debet fieri cum sollempnitatibus maxi-
mis etc.

[E]go de habendo amore mulieris
volo tibi legare artem probatissimam
ad obtinendum dignitatem et honorem
status et maximam incorruptibilitatem di-
lectionis a rege ut a prelato sive domino
et generaliter a quocumque viro volueris pri-
mo igitur habeas duos lapides mollas
quos ad invicem ita fricabis ut superficies
ipsorum plane ad invicem concordent quo facto in
uno sculpas formam illius quem volueris pri-
mo incipiendo a capite deinde usque
ad pedes faciendo primo partem ante-
riorem deinde a posteriori sculpendo
etiam coronam in capite si rex est et sic

sim dignitate qua sculpita formabis in
illo eciam lapide apud aliam formam tua
figura quam melius scieris incipiendo a ca
pita ut dictum est et aperto anteriori
deinde a tergo quibus factis scribas in fronte
ymo more sigilli nomen illius et in tua
nomen tuum quo facto iuncta existente die
dominica in prima hora diei habeas argentum
siue stagnum et ad ignem decola quod decola
to proicias in formam illius dicendo sic ego
talis volens talem quendam abtinere et
ab eo venerari semper honorari similiter
et timeri formam ymaginem factam et sculp
tam nomine eius virtute cuius ipse me pa
tiatur diligat ultra modum qua facta ha
beas stilum ferreum et in eius fronte scul
pas hoc nomen dyacam in pectore eius
hat tria nomina s. yumeon. termias et
periphas et in spatulis hec sex nomina vi
delicet quidem. fabni. gabal. Den. Al.
ymeloth. et charaoth. et in umbilico
hoc nomen Myraoth quibus scriptis habeas
pannum lineum candidissimum et hanc ymagi
nem in ipsam involue quam involutam bene
condas. Die vero iouis in prima hora diei
fac igne cola similiter stagnum et in tua for
ma ipsum infunde dicendo ego talis for
mo ymaginem meam et ad mei similitudi

ne qua ego semper dominer talli et ab ipso
diligar et timear. Item alia forma
vel similiter in alio linteolo involvas et
ad adulterandum quod ymago illius cuius vis gra-
tiam obtinere debet esse longitudinis
ipsius unius semissi cum sculpitur in ipso lapi-
de qui etiam lapis tantus debet esse quod y-
mago tua tertia parte ymaginis illius debe-
at esse minor et etiam in ymagine tua iiij
debes imponere sceptrum quibus fratres eius di-
ligat ut demum consequenti die veneris
prima hora eius suffumiga ymaginem illius ad
fumum horum aromaticum scilicet cinamo-
mi . piperis longi et herba agrimonia di-
cendo sic ego talis exorcizo te ymagi-
nem nomine talis formatam per inseparabilem uni-
tatem et individuam trinitatem et per omnes thro-
nos dominationes potestates et principatus
et omnium creaturarum ut per tui virtute obti-
neat gratiam et amorem talis cuius nomine fac-
tas quibus tamen dictis sic coniuras dya
con . pumeon . termines . pipeos . ..
dem . fabin . gabel . doriayl . ymeloth .
taraoth . at bireoth . per benignissimum
et genitorum feminitates ego talis cum in-
stantia magna vos deprecor vobis supli-
co vos rogito per unicum dei filium qui sui
sanguinis effusione humanum genus mortu-
um suscitavit ut per hac ymaginem forma-

tam noie talis ipm iuxta me talit aliga
tis ut me sup omes mortales veneret nu
qua a me a sensu discendat sz mei semp
parens peceptibus michi studeat coplace
re per eude dnm nrm ihm xpm qui vivit et
regnat in secula seculorum amen. Qua oratione
dicta accipe tuam ymaginem et ipsam in dextera
teneas. Aliam aut in sinistra et liga illa
tua sic dicendo tam subiectit ipos nobis at
ganteas sub pedibus nris. Quo dicto habeas
quandam catenulam ferream et ad collum ipius
ymaginis liga ponendo aliud capud in ma
nu dextera tue ymaginis. Quo posito bn
ligato ita sic dicas sicut tu ymago for
mata noie talis es subpedita et liga
ta mee ymagini ita talis mateiam
sit michi pariter alligatus quo dicto capias
cum tuis manibus ambas manus ymaginis
et retro flectens dicendo ligo per hanc
ymaginem manus talis ut manus eius propria
nullam vim habeant contra me. Flecte
etiam predicte ymaginis caput usque retro
sic dicendo sicut ymago hec facta noie tal
manus contra me flexa cervica ita talis
nunquam a mei voluntate discedat sz me
continue sequatur et michi semp serviat
et me mateiam diligat sup omes me
veneretur et michi studeat applaudere
quo dicto faciendo semper suffumigationem accipe

tuam ymaginem et ergo ipsius pone aliam ita quod eum tangat humerus tue ymaginis et ponendo sic dictis sicut hec ymago facta est . . . ista ymagine et stat ad ista ymaginem . . . cum maxima subiectione ita talis sit subiectus et subiectus michi donec iste ymagines fuerint conservata quibus debes involvere ipsas ut dictum est in quodam alio lintheolo mundissimo et sic involutas in quodam vasculo pone et . . . civitatem et contra eius . . . habitaculo eius si potes et hoc facto debes . . . tota die . . . aut debes sepellire has ymagines in tali loco et ita . . . ut recipiant et videbis mirabilia . . . aut contra ipso aut eius habitaculum . . . non valeas subiectare ut dictum est ipsas ubicumque tibi placet et ab ipso super . . . diligeris hoc . . . experimentum . . . fuit . . . ad regis . . . obtinendam Ad faciendum odium vel diligere

Ad faciendum odium et diligere

Necessarium etiam ut de odio et inimicitia inter diligentes ponere . . . Cum igitur inter duos viros vel plures mulieres sive masculum et feminam . . . volueris inimicitiam et odium capitale . . . ut accipias duos lapides vivos et . . . unius ponderis quod debet de fluminibus et in uno debes sculpire nomen unius cum hiis

noib9 circutury. domabel. cobil. & gatitata.
et in alta nome altius & hec noia s. puzanil.
primaton. folsitoy. & mansitatow. ista noia
sunt valde se odientia quibus sculptis uni in
delitat. illum quem scis est noia illius de qui sub ta
nua eius limita subterrita si potes. si aut
no sepelias sub limita tua dat domus inhabi
tata et simili alium sub limita altius ut dom
est vel sub eundem domus ut supra scriptum est et
et ibi stare permittas septem dieb9 & septem
noctib9. quo facto ante solis ortum remoue
as & in loco oculto ambas facias & ipas
in igne ponas sic dicendo Coniuro vos fit
inimicissimos paterni dei gram qui it talem
& talem quorum noia hic nullis laudibus
sculpta permanant quantum odium inter vos
est tam inter ipos sancti & inserantis quibus
tar dictis ipo lapides de igne afferas sic
dicendo Cum vestrat furor eorum in nos forsi
tam aqua absorbuisset nos. quo dicto pona
mus ipos in aqua frigidissima & in ipa stare
permitte sereno celo tribus dieb9 & noctib9
quarto aut die accipias ipos & suffuga
cum fumo sulphuris dicendo sic Coniuro vos
omnes demones odiosos & malignos iudicios
& discordes per unitatem sancti spiritus pacifici mane
tis in patre & filio & spiritu sco. et per unitate
dum creatorum & per omnes scos & scas dei et per
hec sca noia virtute quorum dominatores
olimpi celum & terram a formare dignatus s. a a.

Sabaoth. Helyn et abacal. et per omnes reges
et dominatores infernj et per hec nomina demonum
videlicet. Apolyn. gabal. astaroth. tarcol.
falman. et tyrotas. quatenus quantum adiun
ctum inter vos extitit et quantum inter balym et abel.
fuit tantum inter talem et talem per tempus inseratis
attendite itaque ipsos et taliter inflametis
quod unus alterum videre non valeat ymo unus
reliquum innumerabili odio rebellis affli
gat et removeat ab ipsis omnis amor dilectio
fraternitas et copulago admiministra ac se
odium maximum querant quibus terre dea
suffugendo ipsos semper recitando. nocte
ideo facta calidos duos lapides simul et
unum super reliquum percutias sic dicendo non col
lido hos lapides. ymo collido talem et talem
quorum nomina hic sculpta sunt quod unus alterum
continuo affligat et inmitigabili odio se
admiuicem de ceteris renuntiet et sic facias
singula nocte et singula die tercia per aliquos
dies et videbis statim siue audies quod inimi
citias efficient et se odient ideo et unus alterum
videre non valet. Si autem odio ipsos disiun
gere voles et volens unum ab altero disgrega
re et unus alterum fugiat facias hoc modo
Surge die sabbati ante solis ortum decre
scente luna et maxime quando est in com
bustione et ne usque solis ortum facies.
Quia facta habeas duos lapides illuc tactum

patos et fodiet ipsos ad invicem sicut pulsan
do unum super altarum sic dicendo non colido has
lapides et [illegible] deo tam sepelias quos volueris
deinde recede et versus occidentem vade et ibi
fac foveam et alia ibi sepelias dicendo sic
sicut disiunxi hos lapides ita talis et talis
disiungantur ab invicem et appositi sint sicut
isti lapides. Quo sepulto recede et videbis illos disiungi et unum ab altero separari.
Hoc autem experimentum occultandum est quia
inaffabilis in eo virtus existit nullum
autem remedium invenitur an ipsi disiungantur
et se mordeant et odiant. Cum vero volueris ad
primam amiciciam remeare desepeliendi sunt
eidem lapides et in fornace ponendi quousque bene
cocti minutissime terantur et ipsos cum aqua
ad invicem impasta et sic erunt pristine. Quo
siccato in fluvius aque proiicias dicendo tolla
tur omnis inimicitia et ira que fuit inter talem
et talem et in amore fidelissimum revertantur
pristinum prius dei qui non recipit malicias
peccatorum amen. Et scias quod per hoc statim qui
gunt et omnis ira tollitur et pristina pace
fruuntur.

Artem quam in tua curia vidisti me
totiens exercere videlicet ad provocandum
dapiferos primo debes fieri in vocatio
xv. spirituum hoc modo. Primo extra villam
debes attendere luna crescente die iovis

vt die dnica in meridie ⁊ debes tenere ferrū
ensem lucidissimū ⁊ avem vivam et cū
dco ense in quodā remoto loco facere cir
culos quibꝫ factis cū sanguie p dcm ensis scribe
re debes . xvi . noia vt inferius apparebit ⁊
illa figura quibꝫ factis debes figere versus
orientē in interiori circulo dcm ensem
vt hec ratio demonstrat

Oriens

lon
fin
fliu
saiu

ymna
dema
lam
ota

Meridies

ymosfos
rodobayr
cambayos
lotobon

Occidens

Amon
lemafin
lautaban
caromosan

Septentrio vel Aquilon

cambaniel
alcheniel
lymasior
fuyamius

Quo fco debes tibi taliter alligare dcam
puellam vt discedere nō valeat de m

terreum circulo in quo tu stare debes
quo facto genibus flexis respiciendo ver
sus orientem et tenendo deum ensem cum
ambabus manibus sic dices: Symelor.
Dameffin. lamelin. masfair. symofor.
Rodobayl. tenterios. lotobor. gemo
yn. tamafin. leutaber. tatomofon.
saubair. selutabel. Rimasor. Eyrtama.
Spiritus iocundissimi ylares et gaudentes
ego talis vos adiuro per patrem et filium
et spiritum sanctum et filium unici dei potentissimi vi
vi et veri qui propter nos et nostram salutem
descendit de celis et incarnatus est de spiritu
sancto ex pura et intaminata ac incorrup
ta virgine maria et per nativitatem et passio
nem ac resurrectionem domini nostri iesu christi filii
dei veri et per sanctum lavacrum baptismatis quo
quisque salvatur et per solem et lunam et omnia
sidera celestia et per omnia illa que sunt vos
terrere et constringere et virtute quorum
ad nos votantibus optat attendere quatenus
hic sine mora ad me venire debeatis
in forma mitti placida et iocunda pati
facere quod dicam. Qua dicta duodecies vi
delicet primo quater versus orientem. secundo quater
versus meridiem. tercio quater versus occidentem
quarto et ultimo quater versus aquilonem
portendo semper ensem in manu et cum

dicis quinquagesies figiendo semper unum in qualibet
loco. Deinde pone ubi prima erat dicta con
iuratio ut dictum est. Qua dicta semper genibus
flexis iterum volue te versus orientem tene
do nudum ensem in manu dextera et tenen
do upupam in sinistra sic dicens
Venite. O per nobilitatem fuit venite ad me
venite quia ego recipio vobis pacta
dei gratiam. Amen. Qua dicta semel volue te
cum ense et upupa versus occidentem et vide
bis xvj milites decoros et servos qui
tibi dicent vocasti nos et ad te venimus
et erimus subiecti pro te facturi quod vis quia ti
bi sumus inobediendo patri tuo. Tunc dices
facite michi videre vestram potentiam ut
appareat mensas cum discubantibus multis
cum impositionibus infinitis. Qui tibi respon
debunt libenter volumus facere. Et statim venient
domicelli multi apportantes mensas tri
pedes manutergia et alia necessaria.
Post hoc venient nobilissime gentes qui dis
cumbent et pincernas ibidem servientes
et apportantes infinita cibaria et audies
cantus melodias et tripudiantes videbis
et ludos innumeros. Et scias quod illi duodecim
non discedent a te stantes apud circu
los extra et tecum loquentes et viden
tes. Cras etiam scire quod ad te de illis discuben
tibus apud circulos venient tres reges.

rogantes te ut cum ipsis comestum vadas. Et tu
respondebis te aliquo modo non posse descende-
re. Quibus dicas ipsi subito ad discumbentes rever-
tentur dicentes eos de castello te moveri
nolle. Quod audientes, quibus dicas mittant
tibi per unum pincernam de qualibet dape
de qua fruiti fuere comedas et de ipsa potum
coram illis xvj apud castellum stantibus et ipsi
etiam de ea comedent. Post hoc videbis
omnes amantes discedere et ordinate eo quo
ascenderant. Et demum omnes a tuis oculis
evanescent preter illos xij qui stantes
coram te dicent: Nonne placuit tibi ludus
noster? Quibus tu hillariter respondebis quod sic. Et
facta responsione ipsi petent a te licentiam
quam continuo tribuendo videbit quod mirum est. Quibus
cum sic dicas: Volo vobis licentiam dare
si iuvabitis ad me venire faciendo hunc
ludum quotiens michi placuit. Qui dicent
se esse iurare paratos. Quorum librum quendam
facias apportare, quod subito apportabunt,
et in ipso hoc modo iurare facias: Iura-
mus omnes duodecim in hoc sacro libro per
illum deum vivum et verum qui nos et omnia
creavit et per deos quos timemus et
adoramus et per legem quam observamus
ad te sine mora venire quotienscumque
vocaveris nos et mensas per aurum facere

sit et adhuc melius ut vidisti Et statim inva-
bunt Et cum invaserint dabis eis upupam
quam tu habuisti Ante petas licentiam rece-
dendi quibus dabis hoc modo dicendo pergite
quo affectatis accedere et ecce sollicita-
mini qui dicatur esse tibi de tanto obliga-
tos Hiis dictis abibunt similiter et tu egrede-
ris de circulis et ipsos aboleas ut nullus
appareat et tuum ensem ferendo recedas
Debes igitur attendere quod upupa mag-
ne virtutis est nigromanticis et demonas
invocantibus quia quantum ipsa multa vi-
mur in eadem tutelam Cum enim clam
aut palam aut utrumque ipsos adire vo-
re volueris vestitias in libro supra scriptos
circulos et figuras legendo submissa voce
nomina in ipsis existencia quibus impletis
et semel lectis lege hanc coniurationem semel.
Dymelow. Damesin. Lamaru. Nasam.
Simofor. Rodobail. Tantacos. Lotabor.
Hemour. Tamafin. Zengabor. Taro-
mosan. Faubair. Belutabal. Rimasor.
Et Suruama Rogo vos coniuro et adiuro
per dei veram maiestatem ut hic veniatis
paratis subditos vestros qui apportent
hic albariam Et primo talem et talem
et faciat pulcherrimum festum cum rotis
canticis. choreis. et tripudiis et ga

necessarius cum omnibus qui circumstantibus corda letifi
cat. Quia semel lecta conpledicissimi venient
domicelli portantes mensas pulcherrimas
quibus portantes audias tubas. Cytaras et
cantus in nubes Cum autem alta voce dicas
apportata aqua statim apportabitur Et si
mihi fuerint copule et statim fuerunt Et
erunt pincerne et dapiferi optime ser
vientes et domicelle pulcherrime et ministr
antes facietes in mirabilia sollacia Et
potes facere apportari si tibi placet in prin
cipio mille maneries que valde et multum
modum sapiat comedentibus. Habes itaque
scire quod quanto magis comedunt multo plus
famescunt et apparent sicut dapes tamen
non sunt existat ita quod si famelicus in illis
esset crederet illis dapibus saciari ut si
non comederet procul dubio moreretur.
Et cum volueris ludum destruere dic ut
mensas accipiat / Etiam acceptis statim
mensis omnes astantes sibi de permanebunt
quos si voles cantare aut sonare aut
omnem ludum facere dic sic fiat et videbis
affectum quoniam hii sunt ad ludi et omnis sola
cii qui faciet omnia dicta sibi Et cum volue
ris eos abire dic sic Vos omnes rece
dite et quotiens vos vocabo ad me omni cau
remota pergatis Qui respondebunt libe
tissime faciemus Et ipsis recessis omnes

exierunt de hac arte stupiatas et hic finitur ars illa que est quasi apud hodiernos ignota quam Matheus hispanus totaliter ignoravit & c.

Experimenta formosissima ad invocandum spiritus ut homo faciant apparere castrum pulcherrimum & fultum sive ad invocandum armatorum in numero vias legiones

Est etiam alia experientia ad invocandum spiritus ut homo faciat apparere castrum pulcherrimum & fultum sive ad invocandum armatorum in vias legiones quas levius fieri potest & intra alia pulcherrimum rapuerat. Va de primo luna .10. sereno celo extra villam ad aliquem locum segregatum & fac tecum portans tecum lac & mel de quo per aere aspergere debes & discalciatus nudo capite genibus flexis versus occidentem sic lege. Usyr. Salaul. Silitor. Demor. Zanno. Syrtroy. Rubel. Cutroy. Zytoy. Enor. Goloy. Pumotor. Tami. Dor. & ym. Vos armigeri quibus subiectum est arma defferre & ubicumque vultis sensus humanos decipere. Ego talis vos coniuro & exorcizo & invoco per patrem & filium & spiritum sanctum que sancta trinitas nuncupatur & per creatorem celi & terre & visibilium omnium & invisibilium. Et per illum qui hominem de limo terre formavit. Et per annunciationem domini nostri ihesu christi. Et per eius nativitatem. & per eius mortem & passionem. Et per eius resurrectionem & per eius ascensionem atque

Experimenta formosissima ad invocandum spiritus ut homo faciant apparere castrum pulcherrimum & fultum sive ad invocandum armatorum in vias legiones

Ego coniuro vos omnes prenominatos scilicet demones per pietatem et misericordissimam et intemeratam ac incorruptam virginem mariam matrem domini nostri ihesu christi qui a miseris peccatoribus mortem sumpsit nos ad celestia patria revocavit. Item ego coniuro vos super deos scilicet per omnes sanctos et sanctas dei et per omnes apostolos martires confessores virgines et viduas et per hec preciosissima ac ineffabilia nomina omnium creatoris quibus omne ligamen et qui tenent omnia celestia terrestria et infernalia. O. A. A. Ely. Sother. Adonay. Cel. Sabaoth. Messyas. Alazabua. et Osion et ego coniuro vos et exorcizo per virtutem et potenciam omnium principum vestrorum maiorum et minorum vestrorum et per virtutem et possibilitatem ac potenciam vestram et per habitaculum vestrum cum hec est forma. et per omnes figuras in ipso permanentes quatenus vos insolubiliter ad meam potenciam alligati ad me sine perturbacione veniatis debeatis in tali habitu ut me aliqualiter non terreatis

O. Usyr. Salaul. Silitor. Demor. Zanno. Zanno. Syrtrogy. Zithol. Cutloy. Pitor.

Mor. Maloy. Tumoteyn. Lamai. Dor. Rym. Geyr. Amugeri.

ut Zanno

mdoir

Locus Magistri

subiecti et parati facere sic demonstrare michi
omnia que volueris et hoc facere debeatis et ve
lit per omnia que in celo et in terra moventur qua
lecta semel versus occidentem. Similiter
versus meridiem. orientem et aquilonem. Et illon
ge videbis continuam comitivam turbam equi
tatorum versus te venientem qui premittent
tibi quendam scutiferum dicere quod illi ad te
veniunt quos vocasti. Cui dices sic Vade
ad eos et dic ipsis ut in tali condicione ad
me veniant ut nullum timeas sed secure
permaneas cum ipsis. Quo dicto statim ad eos
redibit qui post modicum intervallum ve
nient ad te. Quibus visis coram eis
statim hunc circulum qui habet multum ipsos
.i. demones pavescere ut [illegible]
quod ipsi appareant dicentes secure quid vis
precipe quia per nos tibi omnino fiet. Quibus tunc
dices quod istum suum circulum taliter debeant
consecrare ut quantocumque ipsum aspexeris vocan
do ipsos ad te debeant velociter venire et
presto debentes illud facere quod in ipsis na
turale est scilicet faciendi apparere fortilicias
et castra cum foveis et cum multitudine armatorum
qui dicent hoc facere velle. Quibus porrigas
librum et videbis quibus ipsorum super ipsum ma
num imponere et aliqua verba loqui que non
intelliges. Hoc facto ipsum tibi restituent
quo restituto rogabunt te ut ipsos abire
permittas quia a te non possunt nisi licentia
petita. Quibus dices facite hic castrum ut vi

dicam vim efficaciam. Qui statim circa te castrum
facient cum muris altis in medio cuius castri
te videbis et ibidem militum maxima multi-
tudo. Tamen isti quamdiu circa discedere non
valebunt. Post enim huius hore spacium tu eis
dabunt ut circa discedere possint, quibus dic:
"Estote michi parati quociens hunc circulum
aspiciam vocando vos" et subito recedatis.
Qui iurabunt circa venire continuo. Quo dicto
dic ut recedant quocumque ire desiderant
et tunc ludus totaliter desparebit et nullus ibi-
dem apparebit. Hiis factis domum remeas custo-
diendo librum bene in quo virtus totalis exi-
stit. Quando vero enim pulcherrime arte volueris
operari, aspicias circulum legendo nomina princi-
pando abbreviata sic dicas: O Usyr, Salaul,
Silitol, Damoir, Zanno, Syrtroy, Ri-
sal, Cutroy, Lytroy, Onor, Coloy, Pumi-
otor, Tamy, Dor, Ym. Voco vos ut hic ve-
nire debeatis super consecratione huius circuli in quo
signa vestra continentur, et michi in manibus istis ap-
parere faciatis castrum fortissimum cum pro-
fundis foveis et militum et peditum cum
maxima comitiva. Et subito videbit ibi ca-
strum cum omnibus necessariis. Quod si vis ingre- pulcher-rimum
di poteris, quia continuo miles tecum stabit. Cui
dic quod voles apparere personas et fieri fac-
iat. Cum semel ego hanc artem exercui-
ssem cum imperatore qui inter nobiles comi-
tabatur, qui venando per quandam obscuram silvam
pergebant, et hunc modum tenui. Primo in-
aspexi circulum vocando supradictos demones

ut quia continuo quidam milites tecum stabunt

plana voce. Et tunc statim venit ad me quidam
spaciosus miles quem nullus preter me valebat
aspicere qui ad me dixit Ego sum unus de
vocatis spiritibus ab aliis ad te missus qui
nominor Salaut. Cui precipias quod tibi placet
parere statim fiet. Cui dixi volo ut appare-
re facias istis unam legionem armatorum quia
imperator et alii satis stantes ipsos timere
esse rebelles. Qui dixit fiat. Et tunc omnes
comites imperatoris et ceteri respexerunt
versus aquilonem et a longe viderunt ver-
sus ipsos venire equitum et militum innu-
merabilem multitudinem a quibus unus disces-
sit. et ante magne hore spatium venit
ad imperatorem tremebundo dicens Domine im-
perator ecce videte gentes sine numero
qui contra vos veniunt iurantes vos et
omnes vestros comites mori tradere et vestros
domos interficere. Quo audito imperator
et comites timentes quid deberent agere nescie-
bant et interim ipse exercitus appropinquabat. Quos
imperator et alii videntes et audientes
ipsorum instrumenta terentia fuge tunc
ceperunt et isti sequentes ipsos et sagitan-
do una voce clamabant fugere non pote-
stis hodie mortem. Et tunc ego dixi ...
Salaut. Fac ante imperatorem et suos
unum castrum munitissimum comitum quem im-
perator et alii ingrediantur et fiat. Et tunc
factum est tutissimum castrum comitum cum (et optime)
turribus et foveis desse pote quod vide

bat optia [et] planu de stipendariis dispen
dentiis clamantib[us] d[omi]ne imperator m
gr[ati]a dare cu tuis factiis festinant qui ipm
intrauerunt in quo videbant de familia
[et] multi amici imperatoris existimaverunt
se ibi inuenisse se viriliter defendentes.
Quib[us] ingressis leuauerunt pontem et se
defendere ceperunt tunc illi qui erant
machinis [et] castru munitu totaliter ex
pugnabant quia qu[ando] imperator [et] alii
sui valde territi magis timebant tunc
dixit michi Balaul. no[n] h[abe]m[us] potentia hic
manandi morandi nisi uno quadrante
ita q[uod] recedere nos oportet et tunc recesso
castro [et] expugnatas [et] ipsis recedentib[us]
castru [et] [illegible] tenuerunt imperator [et] alii
sui tunc viderunt [et] inuenerunt se in qua
dam ~~plaude~~ palude ut palude de q[ua] ad
mirati sunt valde. Quib[us] dixi negotiu
ex hoc maximu fuit factu [et] ad civitatem
remeatis de facto Ceneuini. Quib[us] fa
quata experientia p[ro] certa facti ex iamento
q[uod] huius facta nisi uno q[ua]drante durare no[n]
potest nisi durabit unu q[ua]drante unius
vite dei.

Vt vbicumq[ue] sis possis habere nauam in qua
tu cu quib[us]cumq[ue] volueris q[ua]ncumq[ue] fueris
vadas [illegible] die lune ipsa die luna
crescente ad celu serenu i. sereno celo so
lus in loco remoto et fer tecu unam

Costam hominis siue mulieris mortui quam primo acquirere debes et facta cum ipsa inter ... has figuras cum nominibus et aliis circumstantiis in ipso circulo ut hic apparet

fyron . dystil . moroy . dysabel . cotroy . tyroy . awooth .

Hic magister cum suis sotiis

occidens

Qua facto debes ingredi signatum locum et voluendo te circa circulum suffumiga ipsum cum medulla mortui ut dictum est. Quo facto audies plures voces facta suffumigatione quibus auditis habent coniurationem dicas versus occidentem ut sequitur fyrion qui sic dictus fyrion . dystil . moroy . dysabel . cotroy . tyroy . awooth .

Rimel. aut habitantes habitatores aque qui
naves navigantium precipitare consuemi
ego vos coniuro et exorcizo et precipio vos
ubicumque sitis aut in oriente aut in occiden
te aut in meridie aut in aquilone
aut in aquis aut in terris per individuam
ac inseparabilem trinitatem. que in tribus
personis existit scilicet patrem et filium et spiritum
sanctum ab utroque procedentem et per illum qui pater eius
et eternus est et per illum qui concessit
nobis gratiam in inferno non stare. Item ego
coniuro et constringo vos per quem tibi fluvia
et adyssi et per adventum domini nostri ihesu christi qui
evangelias vectes ferreos sanctos patres de
tenebris extraxit ad lucem. Et ego con
iuro vos per vultum manus et pedes atque pla
gas ihesu christi ut hic venire debeatis vos
octo supra nominati ut vos videam in
forma naturarum et hoc sine periculo
aliquo faciatis. Et ego coniuro vos et impero
atque precipio vobis per potentiam et dignita
tem luciferi. Aphaleon. et neutrion.
ut nulla requie habeatis donec ad me ve
neatis ut dixi. Verte quia ego vos ad
voco ex parte domini dei sabaoth. quo et
gloria cuius celi et universa terra est reple
ta. Virgam autem semel dictam tenendo contra semper
in manu dextra videbis octo naves cum
magna venustate et timore dicentes

et tu mittam ad te papie nob de omnibus ad
nos ptinentibus et aliis sine mora fallacia
quibus dicis volo vos quirare ac permitte
michi hoc debeatis ad me venire tenea
mini cum anime fuitis quirati qui maximum
faciet sacramentum ad te venire et redire quo
cumque libuit tua parti facere voluntatem hoc
iuramento sic dicere Ego papio vobis ut hunc
circulum cum navi capiatis et ad talem locum si
ne mora me feratis. hiis dictis videbis
ipsos cum vobis ingredi navi et ponere
vela et incipiet navigare et scias quod tibi
videbitur esse in profundo maris et in suo
temporis spacio voles quotque feris quibus
etiam papias ut ad locum a quo acceperunt te
instantissime reportent qui statim faciet et
cum illis fuis reportatus dic eis etiam quia
valeant quod hec omnia sine fraude faciet eis
quecumque iubebis qui statim inualuit ad te
venire valocius quam eis vocaveris et te solum
vel cum quibus volueris in navi portare quo
cumque tibi placuit accedere quibus in tuis
des licenciam recedendi quibus recessis
aboleas circulum et costa sub terra ibi cum
igitur tu solus vel cum aliis voluntatem habuis
navigandi cum ferro vel cum ligno vel digito
vel cum alio signate fac circulum cum aliis ut
superius demonstravi et cum aliis ingredere
super dictum locum dicens eis ut timere non de

habeat fingeas eis aliquid. Et cum omnes ingressi fuerint
sic legas semel. O Syrrym. Dyffryl. Onoroy.
Cisabel. Cotroy. Tyroy. Croathy. Rimel.
Sculpti in hoc circulo. Ego invoco vos per virtutem
subiectionemque michi factam ut statim sine mora subi-
to et incontinenti huc debeatis accedere mites
subiecti parati et obedire michi et tamquam naute
huic circulo cum hac navi figuram virtutem debe-
atis assumere. Et navigando debeatis nos
portare ad talem locum ad quem intendimus pro- (q(ui)s fi(er)i fa(cere))
ficisci. Aut coniuratione lecta veniat statim mira (illa vic)
in octo naute placabiles dicentes tibi quo ire
intenditis quibus tu dices omnibus audientibus ad
(Romis) talem locum. Et ut navis in aqua esse videbitur
et istos velociter navigare aspicies quod navi-
gat et excellet ad locum optatum unius hore
spacium. Et cum ibi fueris in ipso loco manere vo-
lueris dic nautis ut aliud parvum ipsum officium
reassumere et executioni mandare quando eos
invocavis quo subito hoc audito recedent.
Et cum volueris remeare ut alias pergere vo-
ca ipsos ut dictum est et ita faciet. Et scias dili-
genter quod in ipsa navi similiter fit fieri nostris
corporis sicut in vera christianitate quod hii spiritus
sunt inter bonum et malum non in inferno non
in paradyso morantes quibus habent autem
facere assignatum est circulus ille in signa sua.
Et hoc enim experimentum vidi multos esse peritos
tamen aliter et aliter fecit aut modus est verus pauci
laborum et nulli incuti. Et non quod ista libri sunt nomina
et figura spirituum secundum suas proprietates quod ignota sunt
igitur occulta de sunt et celata quod ipsorum ineffabile
efficacia perfecto etc.

Valde etiam tibi mittam quem equus hic est spiritus in equi forma
possit hic facere ut te tam per aquas quam per ter-
ram tam per colles quam per planities quocumque volu-
eris. Primo enim crescente luna die martis ieiunus foris
secrete egrediaris cum quodam freno numquam opera-
to et in loco secreto cum quodam clavo sive
stilo ferreo fac circulum ut hic apparet

Et sculpiens in eo nomina et figuras ibi-
dem apparentes quibus factis primitus in
medio genibus flexis super freno versus
orientem aliquantulum alta voce sic dicas
O lautrayth, feremin, alius omnium spiri-
tuum in istis partibus insistentes. Ego talis in virtute

virtute confidens vos coniuro per illum qui dixit
et facta sunt et omnia scit et cognoscit ante
quam fiant et per celum et terram ignem
et aerem et aqua solem et lunam et stel
las et per thronos dominationes potestates atque
principatus domini nostri ihesu christi ac per omnes an
